Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cum multa exultatione fregerunt. Quod cum
abbas ad monasterium post regressus fratribus retulisset:
tantus omnis incenderat ardor animorum. ut certatim
ad heremum. & facias solitudines ire prępararent.
IN hoc monasterio duos ego iam senes uidi. qui
per .xl. annos ibi degere. ita ut numquam inde disces
serint ferebantur. Siquidem id de eorum uirtutibus. &
abbatis ipsius testimonio. & omnium fratrum audi
sermone et sono celebrari. quod unum eorum sol numquam ui
disset epulantem. alterum numquam uidisse iratum. Sed quia
unius heremitę cognouistis uirtutem. referam adhuc
uobis pauca de plurimis.
ERGO ubi primam partem heremi ingressus duodecim
fere a nilo milibus. habebam autem unum ex fratribus ducem
locorum peritum. peruenimus ad quendam senem monachum
sub radice montis habitantem. ibi quod in illis locis
rarissimum est puteus erat. Bouem unum habebat. cuius
hic erat totus labor: inpulsa rotali machina aquam
producere. Nam fere mille aut amplius pedum profun
dum putei ferebatur. Hortus illic erat multis holeribus
copiosus. id quidem contra naturam heremi. ubi omnia
arentia exusta solis ardoribus nullius umquam seminis
uel exiguam radicem ferunt. Uerum hoc secundum illi labor
cum pecude communis. & propria prestabat industria. Fre
quens enim irrigatio aquę tantam pinguedinem hare
nis dabat. ut mirum in modum uiuere atque fructifi
care hortuli illius holera uiderimus. Erbis ergo una cum
domino suo bos ille uiuebat. Nobis quoque ex ea copiosam
cenam sanctus ille dedit. Post cenam autem iam inclinante uesp
era. inuitat nos ad arborem palmę cuius interdum pomi